



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-|| Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-|| libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1625**

§. 1. Religionem paupertate Spiritus, Castitate, & Obedientia,  
perfectionem hanc adiuuare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39637**

professorum : non solum quando lege iustitiae, & ratione officij sui ad id tenentur; sed aliquando etiam, quando sola id lex *charitatis* dicitur: non quaerant *lucrum*, aut commodum ab hominibus, sed ab ipso Deo. copiosam *expensarum* suarum solutionem reputantes: quod ipsi *miserordia* vti possint.

§. I. Religionem paupertate Spiritus, Castitate, & Obedientia perfectionem hanc adiuvare.

ULTIMA praedictorum probatio sumitur ex eo, quod Sacra Religionis virtus receperit etiam in se bellica exercitia; exaltando & consecrando illa, tribus suis solemnibus paupertatis, Castitatis, & Obedientiae votis, quibus disponuntur homines ad heroicis fortitudinis actus in eo exercendos. Nam Catholica Ecclesia, quae ab Spiritu sancto regitur, ne in rebus ad bonos mores fidelium spectantibus aberraret, eas religiones instruit, quas *Militares* appellamus, militiae exercitijs dedicatas. Quod (vt Sanctus Thomas probat) est opus perfectionis; quia non fit ob inanem aliquem huius mundi finem sed ob diuinum cultum, & honorem, ad Fidem dilatandam, aut defendendam; aut tuendum commune Reipublicae Christianae bonum.

Et quoniam Religio status est perfectionis, ad eam procurandam institutus & consecratus; (quemadmodum postea videbimus) ideo Religiosi, huius militiae professores possunt esse perfecti, implentes sui status obligationes; & trium votorum, in quibus ille fundatur: quae mirifice respondent ei, quod in bello iusto quaeritur. Nam paupertas Spiritus, Castitas, & Obedientia remouent tria illa maxima impedimenta, quae illud exercitium secum adfert: *cupiditate* scilicet, *sensualitatem*, & *falsam libertatem*; efficiunt vero tria bona magni momenti: quia euellunt radices merus ac *timiditatis*, quae solent hominem inuadere in *mortis* periculis; repellunt quoque nimias curas & *affectiones* quae ipsum *cor* post se trahunt; nec permittunt suis attendere exercitijs; *intentionem* quoque purificent, vt non tendat in aliquam finem huius mundi; sed in finem Christianum tantum, & perfectum in eum modum, quo de Machabaeis dicitur: *erat pro vxoribus & filiis, utemque pro fratribus & cognatis minor sollicitudo: maximus vero & primus pro sanctitate, timor erat templi, & pro conseruanda puritate suae legis ac religionis.*

Hoc Ipsum licet animaduertere in ijs, quae Deus noster in Deuteronomio iubeat: vt qui aliqua re his virtutibus contraria laboraret

Religiones  
Militares.  
2.2. q. 188.  
4.3.

Vocantur  
in bel-  
lis.

22. Mach. 1.  
18.

b 2. Deu. 20

s-

non proficisceretur ad bellum: b *Quis est homo, qui adificauit domum nouam, & non dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domum suam: ne forte moriatur in bello, & alius dedicerit eam. Quis est homo, qui plantauit vineam, & necdum fecit eam esse communem, de qua uesci omnibus liceat? vadat & reuertatur in domum suam: ne forte moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio. Quis est homo, quid despondit uxorem, & non accepit eam? vadat & reuertatur in domum suam, ne forte moriatur, in bello, & alius homo accipiat eam. Quis est homo formidolosus, & corde pauido? vadat & reuertatur in domum suam ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est: hoc totum iubebat*

Cupiditas.

Deus in exercitu proclamari: designans eos, qui ad bellum apti non erant, eò quod illis animus, & vera fortitudo deesset: aliqui ob temporales possessiones, quarum inordinata cupiditate laborabant, quales esse solent, qui domum aedificauerunt, & vineam plantauerunt, nec tamen eius fructus degustauerunt: nam cum multum in ea laborauerint, valde cupiunt eius fructibus uti. Alij ob inordinatam ad carnis voluptates propensionem, quales esse solent sponsi, antequam matrimonium concludant. Alij ob inordinatum uitae suae desiderium, unde ingens timor oritur eam amittendi. Constat etiam manifestissime, his tribus vitijs, valde perturbati exercitus, & causam esse, cur succumbant, vitamque amittant, qui se illis dedunt.

Voluntas.

Timor.

I.

c Iosu. 7. 1.

CUPIDITAS effecit, vt c *Achan* aliquid in expugnatione Iericho auferret, ob quam causam in proximo congressu exercitus amisit victoriam: & in exercitu *Machabaorum* occisi sunt aliqui milites, quos cum vellent tradere sepulturae, d inuenerunt, sub iunco interfectorum de donarijs Idolorum, a quibus lex prohibebat Iudeos: & addit Scriptura: omnibus manifestum factum esse, ob hanc causam eos corruisse. Haec detrimenta impedit paupertas Spiritus, quae euellit cor ab omni genere cupiditatis, maxime cum est voto confirmata. dico autem paupertatem Spiritus: nam coacta, & inuita, potius solet auaritiam augere, & militum corda in bello ad furta & rapinas impellere. Qui tamen, si Spiritu sint pauperes, sunt vere fortes ac magnanimi ob contemptum rerum terrenarum: nec pugnant, vt acquirant bona temporalia; nec timent illorum iacturam facere; nec iniuriam alicui inferunt, vt talia consequantur: & eò direxit Sanctus Ioannes Baptista documentum datum militibus interrogantibus, quid faciemus & nos, vt salui esse possimus? dixit enim illis: e neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendius vestris: neque specie aut praetextu necessitatis quaeratis vobis per

d 2. Mach. 12. 40.

Paupertas Spiritus solit cupiditatem.

c Luc. 3. 14.

malum

malum aliquod medium vestram sustentationem. Supponit autem Sanctus ræcurfor: debere Principes *stipendia* suis militibus soluere, quibus se sustentent: alioquin periculo eos exponunt, alimenta sua quærendi quacunque ratione possint; etiam cum iniuria proximi. Nam (vt optimè dixit Cassiodorus) *famelicus* exercitus non potest esse militari disciplinæ subiectus: semper enim sibi persuadet, quòd possit vi & armis rapere quod sibi deest. Quod quamuis licitum sit ab inimicis accipere, contra quos iustum geritur bellum: non tamen licet ab amicis, & socijs. Ac propterea DEVS præcepit, & filios Israel transeuntes per terminos amicorum, *d' emere cibos ab eis pecunia, & aquam emptam bibere.*

VITIUM quoque luxuriæ & libidinis valdè nocet exercitibus; quia deserit DEVS carnales huiusmodi homines, punitq; priuans eos victoria, quam præ manibus habebant. Benè hoc nouerat impius ille *Balaam*, cum aduertens se non posse populo Israel maledicere iuxta votum Balac Regis Moabitarum; e *consuluit* illi, vt mitteret elegantes fæminas ad exercitum Israel, quæ illum ad libidinem & idololatriam prouocarent; sic enim fore, vt certò periret. Et quis inuictum aliàs *Holofernis* exercitum vastauit, & spiritus eius superbos compressit, nisi affectus luxuriosus in Judith? propter quem statuit DEVS, vt egregia illa & strenua mulier *abscinderet caput eius: casta enim mulier fortior est viro inhonesto.*

CONTRA hoc periculum dirigitur castitatis *votum*, siue firmum eam seruandi *propositum*, quia ostendit animi sui fortitudinem in exercitum passionum suarum, a quibus oppugnatur: vt sic victoriam de externis hostibus referat: *prima enim victoria disponit ad secundam* obtinendam.

Nec vacat mysterio, quod in scriptura diuina eadem phrasi & modo loquendi, *gaccingi* scilicet & *hpræcingendi*, significetur virtus Castitatis, & promptitudo ad pugnam. Vt intelligatur, quòd *gladius*, qui ad *cingulum* appenditur, prius debeat *propria* carnis stimulos & insultus domare, quàm *hostium*, qui exterius nos oppugnant, & hoc ipsum Dauid insinuauit, cum dixit: *Deus qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam; qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super ex: elsa statuit me: qui docet manus meas ad prælium, & posuit ut arcum arcum brachia mea.* Sint igitur milites castitate *præcincti*, & ambulent per viam puritatis immaculatam: & DEVS illis dabit veloces *ceruorum pedes*, non ad *fugendum*, sed ad *aggrendendum*, cum *brachibus arcibus*, & manibus robustis ad pugnandum, & vincendum.

TERTIUM vitium exercitum valdè perturbans, est nimius *timor mortis*, qui fugere cogit ex pugna, cum defectu & nota fidelitatis, & *obedientia*, quam ipsa militia requirit, quæ obligat militem vt vitæ populi iacturam subeat, quàm suam deserat stationem, aut ijs desit, quæ ipsi

*Stipendia  
soluenda.  
Vide Ribad.  
lib. 2. c. 43.*

*d' Deut. 2. 6.*

*2.  
Castitas à  
luxuria li-  
berat.  
c Num. 24.  
14. & c. 25. 1  
Apoc. 2. 14.*

*f' Ind. 12. 16  
E' c. 13. 10.  
Casti mu-  
lier fortior  
impuro viro  
g' 3. Reg. 20  
11.  
h Luc. 12. 35*

*i' Psal. 17. 33.  
Gladius à  
cingulo cur-  
pendat.*

*3.  
Obedientia  
mortem  
contemnit.*

Timor vi-  
rum dede-  
cet.  
k. 1. Mach. 9  
10.

Prov. 21. 28.

incumbunt, magnum sibi reputans *dedecus*, indicia dare *timiditatis*, aut fugæ, vt mortem euadat. quemadmodum protestatus est strenuus ille Dux Iudas *Machabæus*, qui consulentibus militibus fugam, intrepidè respondit: *absistam rem facere, ut fugiamus ab eis: Et si appropiauit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloria nostra.* Sed hæc ipsa obedientia adedò ingenua, excelsior adhuc fit ab obedientia religiosa. quæ offert se ad obediendum: quemadmodum ipse Dux IESVS CHRISTVS factus fuit obediens vsque ad mortem, & quidem crucis: quando id cedit, & necessarium est in bonum Reipublicæ; & suorum proximorum: adiuuantibus se mutuo *obedientia & fortitudine*, vt victoria obtineatur, de qua obedientia & illud Salomonis intelligitur: *vir obediens loquetur victoriam.* titur autem verbo *loquendi*, vt intelligatur, quod opera obedientiæ faciant *verba* esse vera; & cum oblectatione institui sermonem de victorijs, quas laboribus suis obtinuit.

#### CAP. XIV.

VARIA MEDIA FORTITVDINEM ET FIDVCIAM  
in Deum conseruandi, in varijs gubernationis & militiae e-  
uentis: & quid sit in Reipublica calamitati-  
bus faciendum.



MPONAMVS tandem huic Tractatui finem, varijs *medijs* allatis, ad conseruandam & augendam Fortitudinem, & in DEO confidentiam, tam in gubernatione, quam in militia, & in varijs euentis: quæ interdum sunt valde diuersa. Accipiemus autem exemplar clarissimorum *Machabæorum*, quorum *Fortitudo & Fiducia* adiunctas etiam habuit heroiças alias virtutes.

Fortis  
Fiducia  
Augetur.

I.  
Oratione.  
Premissa.  
a 1. Mach. 4.  
30.

PRIMA fuit ORATIO, & recursus ad DEVM in omnibus aduersis, & periculis: nam ipsa net FIDV CIA requirit orationis exercitium, ad speratum auxilium impetrandum; nam ORATIO & FIDV CIA illud impetrant. Et hæc oratio fuit Machabæis adedò continua, vt semper, antequam a pugnam inirent, clamarent feruentibus orationibus in cælum: ad quod Dux milites

exhor-